UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Greg. Nazianzenus S. Luminosa V. Transl. SS. Andreæ & Lucæ. 9. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Greg. Nazianzenus S. Luminoſa V.
Transl. SS. Andreæ & Lucæ. 9. Maij.

Mortificatio Linguæ.

Sicut eligis quo veſcaris; ſic elige quod loquaris. Aug.

Abſolue quæſumus Domine noſtrorum vincula peccatorum, & quicquid pro eis meremur, intercedente B. Gregorio: B. Luminoſa V: SS Andrea & Luca) propitiatus auerte Per D. N Ieſ. Chr.

Ora pro cultoribus SS. &

1 S Gregorius Nazianzenus Epiſ. ob ſingularem diuinarum rerum cognitionem Theologi Cognomento inſignitus Collapſam Conſtantinopoli fidem Catholicam præclare reſtituit, hæreſeſq; inſurgentes compreſſit, ſed præmio odium & inuidiam paſſus, vrbem & Inſulam dimiſit, & in patria quietam & anhelantem ad Deum animam emiſit A. 389.

2. S Luminoſa V. Soror S. Epiphanij Ticinenſis Epiſ. nec non SS. Speciosæ & Liberatæ, quorum corpora in Papienſi Eccleſia aſſeruantur, inſtitutione S. fratris ſui Christum cunctis diuitijs & voluptatibus præferre docta, Magiſtrum feliciter eſt aſſecuta.

3. Reliquiæ SS. Andreæ & Lucæ de Achaia, ac S. Timothei Ephеſo tranſlatæ ſunt Conſtantinopoli circa A. D. 353. magna veneratione. Deinde S. Andreæ Apoſtoli corpus Amalphim in Italiam migrauit.